

Et confirmatur.

eius votis hujusmodi annuere de benignitate apostolica dignemur.

§.3. Nos igitur dictum modernum Episcopum specialis gratiæ favore prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, Decretum præsertim hujusmodi apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuo approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos tam juris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

Claufula.

§.4. Decernentes, Decretum hujusmodi, necnon præsentem Literas valida, firma, & efficacia esse, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, ad quos spectat, & in futurum spectabit, inviolabiliter observari: sicque per quoscumque judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere: ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§.5. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, dictæ Ecclesiæ Limanæ, etiam Juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Dat. die 8. Augusti 1625. An.III.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 8. Augusti 1625. Pontificatus Nostri Anno III.

CXLII.

Ex Regest. in Secret. Brev.

Absolutio Regis Catholici, ejusque Ministrorum a censuris, in quas incurrerant ob exactum quoddam vectigal ab Ecclesiasticis ultra Sexennium a Paulo V. concessum.

Charissimo in Christo filio Nostro Philippo Hispaniarum Regi Catholico.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Charissime in Christo fili noster salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Concesserat Paulus V. facultatem Ecclesiasticis solvendi Regi quoddam vectigal per sexennium.

§.1. Alias per fel. rec. Paulum PP.V. Prædecessorem Nostrum accepto, quod subditi Regnorum Coronæ Castellæ in Comitibus, sive Curis tunc habitis animadvertentes, clar.mem.Philippum III. Hispaniarum Regem Catholicum genitorem tuum pro Catholice Religionis defensione, & obedientiæ erga Sanctam Romanam Ecclesiam conservatione, in suis, &

exteris Ditionibus, ac Regnis, gravissimis assidue sumptibus urgeri, ejusque æraria pene exhausta esse, quædam superadditionalia nuncupata servitia, sive subsidia, quæ in totum summam decem, & octo millionum nummorum aureorum conficere deberent, ex Gabella Sisa nuncupata super vino, musto, aceto, aquato, oleo, & carnibus in dictis Regnis colligen., & consumen. imponen. non solum per ementes, & vendentes solven., sed etiam per eos, qui percipiebant oleum, & vinum ex propriis Terrenis, aut affectibus, aut emebant in urvis, aut olivis; seu colligebant pro Decimis, aut etiam dono accipiebant, seu aliàs ex quovis alio reddito, & introitu habebant, & consumebant; prætere prompte obtulerant; omnesque Laici cujuscumque gradus, status, conditionis, & præminentia eadem subsidia contribuere, & Gabellam solvere debebant, neque ullus immunis futurus erat aut exemptus; quodque si tantummodo Laici subsidia hujusmodi contribuerent, & Gabellam, seu Sisa prædictam solverent, nimis longo tempore summa prædicta conficeretur, & Laicorum facultates ad summam hujusmodi decem, ac octo millionum, ut præfertur, aliter conficiendam minime suppetebant; idem Paulus Prædecessor eadem subsidia per ecclesiasticas personas adjuvandam existimans, omnes, & singulas ecclesiasticas personas tam seculares, quam cujuscumque Ordinis etiam exempti, & Apostolicæ Sedi immediate subiecti regulares, necnon Monasteria, utriusque sexus, Conventus, & Collegia, ac Ecclesiarum Capitula Regnorum Castellæ prædictorum, ac in eisdem Regnis comoran., & consisten. ad conferendum, & contribuendum proportionabiliter, & non aliàs, prout Laici, in dictis subsidiis mediante solutione gabellæ, seu sise eorund. subsidiorum, etiam super vino, musto, aceto, aquato, oleo, & carnibus in prædictis Regnis colligen., & consumen., imponen., seu forsitan imposita, & durante tamen sexennio tunc proximo dumtaxat, & non ultra teneri, & obligatos esse, non tamen quoad prædictas rerum species, quas ex propriis terrenis, seu Decimis, aut aliis quibuscumque redditibus propriis per se, vel alios etiam afflictuarios suos, vel etiam ex elemosynis percipiebant, & pro divino cultu, ac propriis, & familiarum suarum usibus consumebant, pro quibus omnino immunes, & exempti essent, decrevit, & declaravit: ita tamen, quod si ante sexennium hujusmodi finem prædicta summa decem, & octo millionum nummorum aureorum confecta fuisset, Ecclesiastici prædicti amplius contribuere, & dictam Gabellam, seu Sisa, ut præfertur, solvere non deberent, & aliàs, prout in dicti Pauli Prædecessoris in simili forma Brevis sub die 8. Augusti 1618. desuper expeditis Literis, quarum tenores præsentibus pro expressis haberi volumus, plenius continetur.

Quod tamen cum exactum fuit,

Urbanus Regem, ejusque Ministros a censuris absolvit.

Obstantia illi.

De poenitentiam a Confessione injungendam ab eis præcipit adimpleri.

Dat. die 9. Augusti 1625. An. III.

fuit, su, sexennio prædicto elapso, Gabellam, seu Sisa hujusmodi a personis ecclesiasticis prædictis per Ministros, seu Officiales tuos exegeris contra Sacrorum Canonum, & Generalium Conciliorum, necnon Bullæ in die Coenæ Domini legi, & publicari consuetæ, dispositionem.

§.3. Nos Majestatis tuæ, & Ministrorum, seu Officialium tuorum prædictorum conscientia securitati consulere, teque, ac illos specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, supplicationibus Majestatis tuæ nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, te, ac Ministros, seu Officiales tuos prædictos a quibusvis excommunicationis, censuris, & poenis per te, ac Ministros, seu Officiales tuos prædictos præsertim occasione quomodolibet incurris, apostolica auctoritate, tenore præsentium absolvimus, & liberamus, dictasque poenas, ac pecunias ad quamcumque summam ascendentes, ex Gabella, seu Sisa hujusmodi per eosdem Ministros, seu Officiales tuos ab ecclesiasticis, ut præfertur, exactas tibi, & illis respective gratiose remittimus, & condonamus.

§.4. Non obstantibus Apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, & synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§.5. Volumus autem, ut poenitentiam, quam confessarius idoneus Tibi, & Ministris, seu Officialibus tuis prædictis propter præmissa duxerit injungendam, adimplere omnino teneamini, alioquin præsentem nullæ sint.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 9. Augusti 1625. Pontificatus Nostri Anno III.

CXLIII.

Ex Regest. in Secret. Brev.

Quod Capitulum Generale Ordinis Prædicatorum imposterum quolibet sexennio celebrari debeat.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Apostolici muneris sollicitudo divina dispositione, nullo licet merito suffragio, Nobis imposita postulat, ut circa statum Religiosorum Ordinum in Ecclesia Dei militantium proprie dirigendum sedulo invigilantes, in his, per quæ felici eorum profectui, salubrique directioni consulitur, ejusdem muneris partes propensius impendamus, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

Grave erat hæc Fratrum Capitulum Gen. singulis trienniis celebrare.

§.1. Cum itaque, sicut Dilecti filii quamplures Priores Provinciales, & Fratres diversarum Provinciarum Ordinis Fratrum Prædicatorum Nobis nuper exponi fecerunt, juxta regularia ejusdem Ordinis instituta apostolica auctoritate confirmata Capitulum Generale de triennio in triennium

pro uno videlicet extra, pro altero vero ultra montes celebrari debeat; ex hoc autem Provincias ipsas in Fratibus ad hujusmodi Capitulum mittendis gravia incommoda, & dispendia cum non modico regularis disciplinae observantia detrimento pati competentum sit, & propterea per Nos, ut infra, opportune provideri summopere desiderant.

§.2. Nos prospero, felicique ipsius Ordinis statui, & directioni, quantum cum Domino possumus, consulere, ac Priores Provinciales, & Fratres prædictos specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus illorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati; Quod de cætero perpetuis futuris temporibus Capitulum Generale hujusmodi de sexennio in sexennium celebretur, sive a Magistro Generali ejusdem Ordinis pro tempore existente ad sexennium hujusmodi prorogari, prout sibi videbitur, possit, & valeat, dictoque sexennio elapso, & non antea, dictum Capitulum Generale celebretur, & celebrari debeat, ordine tamen in celebratione hujusmodi servari solito servato, in eoque, quæ de more fieri solent, fiant, & observentur dicta auctoritate, tenore præsentium statuimus, & ordinamus.

Urbanus statuit, ut quolibet sexennio celebretur.

Claufula.

in eis contenta quæcumque semper, & perpetuo valida, firma, & efficacia existere, & fore, ac ab omnibus, ad quos spectat, inviolabiliter observari debere, irritumque, & inane, quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis eidem Ordini, illiusque Superioribus, & Fratibus in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, eorum omnium tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Obstantium derogatio.

§.5. Volumus autem, ut præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Fides danda Transumptis.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 9. Augusti 1625. Pontificatus Nostri Anno III.

Dat. die 9. Augusti 1625. An.III.

Derogatur contrariis, & fides tranfumptis additur.

Dat. die 11. Sept. 1625. An. III.

Ex Regest. in Secret. Brevi.

Exordium.

Declaratio de qua in Rubrica.

dumtaxat, Missam, & Officium hujusmodi, servata prædictarum Literarum forma, respective celebrare, & recitare possint, & valeant, eadem auctoritate tenore præsentium extendimus, ac concedimus pariter, & indulgemus.

§.7. Non obstantibus omnibus illis, quæ in dictis nostris Literis volumus non obfistere, cæterisque contrariis quibuscumque.

§.8. Volumus autem, ut præsentium transumptis, etiam impressis, Secretarii ipsius Societatis, vel Notarii publici manu subscriptis, & personæ alicujus in dignitate ecclesiastica constitutæ sigillo munitis eadem prorsus fides in judicio, & extra illud ubique locorum adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorum sub Annulo Piscatoris die 11. Septembris 1625. Pontificatus nostri Anno III.

CXLVI.

Declaratur Bullam Cruciatæ, & facultatem eligendi Confessarium, non suffragari Canonicis Regularibus Congregationis Sanctæ Crucis Portugallicæ, qui in hac subjecti esse debent dispositioni suorum Prælatorum &c.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Romani Pontificis circumspecta benignitas honesta petentium vota, quæ personarum sub suavi religionis jugo Altissimo famulantium prosperam statum, ac salutem directionem respiciunt, ad exauditionis gratiam libenter admittit, & favoribus prosequitur opportunis.

§.1. Supplicationibus itaque dilectorum filiorum Prioris Generalis, & aliorum Prælatorum Congregationis Sanctæ Crucis Colimbrien. Canonicorum Regularium Ordinis Sancti Augustini Regni Portugallicæ Nobis humiliter porrectis inclinati, ac specialem illis gratiam facere volentes, eorumque singulas personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum ferie absolventes, & absolutas fore censentes, de Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Sacri Concilii Tridentini interpretum consilio, Bullam Cruciatæ Sanctæ, & alia privilegia, quæ ab Apostolica Sede concedi solent circa facultatem eligendi Confessorem idoneum ab Ordinario approbatum, qui possit Christiani fideles absolvere a casibus Ordinario reservatis, & a quibusdam etiam, qui dictæ Sedi reservata sunt, eum dictis Priore, Prælati, reliquisque dictæ Congregationis Canonicis, & perso-

nis locum minime habere, nec censeri sed nostræ intentionis existere, quod iidem Canonici, & personæ quantum ad Sacramenti Pœnitentiæ, seu Confessionis administrationem dispositioni suorum Prælatorum subjecti sint, apostolica auctoritate, tenore præsentium, perpetuo declaramus, eisdem tamen Prælati, ut in usu hujus potestatis se cum subditis benignos, & faciles exhibeant, præcipientes, & mandantes.

§.2. Et quia Sacrum Œcumenicum generale Tridentinum Concilium concessit Episcopis, ut absolvere possint in Foro Animæ, seu Conscientiæ ab omnibus peccatis, & dispensare in irregularitatibus, idcirco ne Prior, & Prælati dictæ Congregationis in hac parte deterioris conditionis, quam Clerici, aut seculares existant, eisdem Priori, & Prælati, ut ipsi per se ipsos idem omnino possint in Canonicos, & personas sibi subditas, quod possunt Episcopi in Clericos, & Laicos sibi subiectos, tam quo ad absolvendi, & dispensandi hujusmodi, quam alias quascumque facultates, eisdem auctoritate, & tenore, etiam perpetuo concedimus, & indulgemus, ac etiam declaramus.

§.3. Decernentes presentes literas perpetuo durare, & valere, neque sub quibusvis similibus, vel dissimilibus concessionibus, & gratiarum revocationibus, suspensionibus, derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus etiam per Nos, & Successores nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes quomodolibet faciendis ullatenus compræhensas, sed semper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, & validissimum statum restitutas, & de novo concessas esse, & fore: irritum quoque, & inane, quidquid fecerit super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis eidem Congregationi, illisque Canonicis, & personis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & Decretis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, eorum omnium tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanfuris hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque; seu si aliquibus communiter, vel divisim ab Apostolica sit Sede indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint per Literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de Indulto hujusmodi mentionem.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorum sub Annulo Piscatoris die 10. Septembris 1625. Pontificatus nostri Anno III.

Indul-

Prælati hujus Congregationis concedunt facultates absolvendi in foro conscientie quæ a Conc. Trid. Episcopis sunt concessæ.

Clausula.

Derogatio contrariorum

Dat. die 10. Sept. 1625. An. III.

CXLVII.

Indultum pro Ordine Fratrum Minorum. Officium de Sancto Conrado Tertii Ordinis Sancti Francisci Professore in die suæ festivitatis recitandi sub ritu semiduplici, & de communi unius Confessoris non Pontificis.

Tres Ordines constituit S. Franciscus, quorum tertium pro secularibus Tertiariis nuncupatis instituit, & illius professor fuit iste Conradus, non autem Congregationis Fratrum Regularium, qui etiam Tertiarii vocantur.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Domini Nostri Jesu Christi, qui servos suos aeternæ gloriæ præmio donat in Cœlis, vices quamquam immeriti gerentes, ex injuncto Nobis pastoralis officii debito, procurare tenemur, ut eorumdem servorum Christi debita veneratio in dies magis promoveatur, & laudetur Dominus in sanctis suis: Quamobrem fideliam quorundam libet, præsertim vero sub suavi religionis jugo Altissimo famulantium votis, quæ peculiarem Sanctorum hujusmodi cultum respiciunt, libenter annuimus, prout conspiciamus in Domino salubriter expedire.

Ad preces Ord. FF. Cappuccinorum;

§.1. Sane nomine dilectorum filiorum, Ministrum Generalis, ac Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci Cappuce, nuncupatorum Nobis nuper expositum fuit, quod ipsi ex peculiari, quem erga Sanctum Conradum tertii Ordinis ejusdem S. Francisci, dum vixit, professorem, gerunt devotionis affectu, & ut alios Christiani fideles ad ejusdem devotionis studium accendant, Officium de eodem Sancto Conrado die ejus festo sub ritu semiduplici recitare posse summopere desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut de opportuna in præmissis licentia eis providere de benignitate apostolica dignaremur.

Concedi.

§.2. Nos igitur Ministri Generalis, a Fratrum prædictorum laudabile ejusmodi desiderium plurimum in Domino commendantes, illisque specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulare personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis; si quibus quomodolibet innodate existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum ferie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati. De Vener. Fratrum Nostrorum S. R. E. Card. sacris Ritibus præpositorum consilio, ut de eodem S. Conrado die ejus festo ab omnibus, & singulis Ordinis Minorum S. Francisci Religiosis ubique existentibus Officium sub ritu semiduplici de communi unius Confessoris non Pontificis, juxta Rubricas Breviarii Romani

recitari libere, & licite possit, & valeat, apost. auctoritate, tenore præsentium, licentiam, & facultatem perpetuo concedimus, & indulgemus.

§.3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quibusvis etiam juramento, confirmatione Apost. vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§.4. Volumus autem quod præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorum, sub Annulo Piscatoris die 12. Septembris 1625. Pontificatus nostri Anno III.

CXLVIII.

Prohibitio ne degentes in Statu Ecclesiastico mediate, vel immediate Sedi Apostolicæ subiecto libros, ab eis ubicumque compositos de quacumque materia tractantes, absque Cardinalis Vicarii, & Magistri Sacri Palatii in Urbe, & extra eam absque Ordinarii, & Inquisitoris loci licentia defertant, aut imprimendos transmittant.

Feria 5. die 18. Septembris 1625. In Generali Congregatione S. Romanæ, & Universalis Inquisitionis habita in Palatio Apostolico Montis Quirinalis coram Sanctissimo Domino N. D. Urbano divina providentia Papa VIII. ac Illustriss. & Reverendiss. DD. S. R. E. Cardinalibus adversus hæreticam pravitatem Inquisitoribus generalibus a Sancta Sede Apostolica specialiter deputatis.

Sanctissimus D. N. pro debito sui pastoralis officii corrigere volens abusus nonnullorum in Statu Sedi Apostolicæ mediate, vel immediate subiecto existentium, qui libros a se compositos extra præfatum Statum absque ulla Ordinariorum, & Inquisitorum loci, ubi degunt, approbatione, imprimendos transmittunt; statuit, & decrevit, ut imposterum nemo in Statu prædicto degens, cujusvis conditionis, gradus, ordinis, & dignitatis existat, libros de quavis materia tractantes, & ubicumque compositos audeat alio deferre, vel mittere imprimendos sine expressâ in scriptis approbatione Illustrissimi, & Reverendissimi D. Card. SS. D. N. Vicarii, & Magistri Sacri Palatii si in Urbe, si vero extra Urbem existat, sine Ordinarii, & Inquisitoris loci illius, sive ab iis deputatorum facultate, & licentia operi præfigenda.

§.2. Libros autem, quos contra præsentis decreti tenorem imprimi contigerit, præter alias pœnas arbitrio Sux Sanctitatis infligendas, absque alia declaratione ex nunc prohibet

Derogatio contrariorum

Fides danda transumptis.

Dat. die 12. Sept. 1625. An. III.

Decretum de quo in Rubr.

Libri contra hujus Decreti tenorem impressi tunc prohibiti sunt habendi.

Ex Regest. in Secret. Brevi.

Confirmatio Erektionis Collegii S. Bonaventurae Fratrum Minorum Conventualium Pragen, per Gregorium XV. factae, mutato tamen nomine S. Bonaventurae in nomen S. Antonii de Padua.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Referuntur Gregor. XV. Literae.

§.1. Aliis a se: re: Gregorio Papa XV. Praedecessore nostro emanarunt Literae tenoris subsequens videlicet - Gregorius Papa XV. Ad perpetuam rei memoriam. In supereminenti Sedis Apostolicae Specula, meritis licet imparibus, disponente Domino confirmati, & intra mentis nostrae arcana revolventes quantum ex Literarum studiis catholica fides augeatur, divini nominis cultus protendatur, veritas agnoscat, ac iustitia colatur; ad ea, per quae Literarum studia huiusmodi ubilibet excitentur, libenter intendimus, & in his sollicitudinis nostrae partes propensius impartimur, prout locorum qualitate pensata conspiciamus salubriter in Domino expedire, Cum itaque, sicut dilecti filii Jacobi de Bagnacavallo Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci Conventualium nuncupatorum Ministri Generalis nomine Nobis nuper expositum fuit, charissimus in Christo filius noster Ferdinandus Romanorum Rex in Imperatorem electus mille, & ducentos daleros annuos monetae illarum partium pro duodecim Baccalaureorum in Domo Regulari S. Jacobi Pragen, eiusdem Ordinis mantentione assignaverit; & propterea dictus Ferdinandus Rex in Imperatorem electus tam ad Fratrum dicti Ordinis in praedicta Domo studium commodum, & profectum, quam etiam ad militantis Ecclesiae exaltationem, ipsiusque Civitatis decorem in praedicta Domo unum Collegium studii pro uno Regente nuncupari, ac duodecim Baccalaureis, seu Collegialibus eiusdem Ordinis professoribus per Nos erigi, & institui, aliasque, ut infra, indulgeri summopere desideret, Nos piis, & laudabilibus dicti Ferdinandi Regis in Imperatorem electi votis in praemissis annuere volentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati; Ad omnipotentis Dei laudem, & gloriam, necnon militantis Ecclesiae exaltationem, divini cultus, & orthodoxae fidei augmentum, ac Religiosorum praedictorum commoditatem, & profectum in praedicta Domo unum Collegium sub Invocatione S. Bonaventurae eiusdem Ordinis professoris cum omnibus, & singulis privilegiis, praerogativis, & Indultis Collegio S. Bonaventurae eiusdem Ordinis de Urbe concessis, auctoritate apostolica tenore praesentium perpetuo erigimus, & instituiimus; illique sic erecto, & instituto pro e jus dote, & unius Regentis, & duodecim Baccalaureorum seu Collegialium inibi pro tempore existentium subventionem, & one-

Quibus Collegium Praegen fuit institutum sub nuncupatione S. Bonaventurae.

rum eis incumbendum supportationem mille, & ducentos daleros huiusmodi, ita quod liceat eis corporalem, realem, & actualem illorum possessionem suo, & dicti Collegii nominibus propria auctoritate libere apprehendere, & retinere, ac in ipsius Collegii usus, & utilitatem convertere auctoritate, & tenore praedictis etiam perpetuo applicamus, & appropriamus, Decernentes praesentes Literas semper, & perpetuo validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere: Sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores ubique Judicari, & definituri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon dicti Ordinis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die 5. Aprilis 1622. Pontificatus nostri Anno II.

§.2. Cum autem, sicut praedictus Ferdinandus Rex in Imperatorem electus Nobis nuper exponi fecit, ipse Collegium praedictum competenter dotaverit; pro firmiori vero illius erektionis substantia plurimum cupiat, erektionem ipsam nostrae quoque confirmationis patrocinio communiri, aliaque, ut infra, fieri.

§.3. Nos ejusdem Ferdinandi Regis in Imperatorem electi votis in praemissis, quantum cum Domino possumus, annuere volentes, ejas hac in parte supplicationibus inclinati, de Ven: Fratrum nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium negotio Propagandae Fidei praepositorum consilio, erektionem, & institutionem dicti Collegii, ac desuper confectas praefertis Literas huiusmodi cum omnibus, & singulis privilegiis, Indultis, & praerogativis eidem Collegio tam per ipsum Ferdinandum Regem in Imperatorem electum, quam per eundem Gregorium Praedecessorem per praesertis Literas huiusmodi concessis, cum hoc tamen, ut Collegium ipsum sub nomine S. Antonii de Padua, non autem S. Bonaventurae huiusmodi deinceps appellari debeat, perinde ac si idem Collegium a primae illius erektionem sub ejusdem Sancti Antonii de Padua, non autem ipsius Sancti Bonaventurae invocatione institutum fuisset, apostolica auctoritate, tenore praesentium, perpetuo approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis apostolicae firmitatis robur adiciamus.

§.4. Decernentes erektionem, & institutionem huiusmodi, necnon praedictas, & praesentes Literas semper, & perpetuo validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, atque ita per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores Judicari, & definituri debere, ac irritum, & inane quid-

Ferdinandus Imperator eiusdem Gregorii Literas confirmari petiit.

Confirmat Urbanus.

Collegium vero S. Antonii praecipue nuncupari.

Clausula.

Obstantium derogatio.

Dat. die 2. Sept. 1625. An. III.

quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, §.5. Non obstantibus praemissis, necnon omnibus illis, quae in dictis Literis concessa sunt non obstante, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 2. Septembris 1625. Pontificatus nostri Anno III.

CXLV.

Indultum, quod Servus Dei Franciscus Borgia; olim Dux Gandia, & deinde Religiosus professus, ac tertius Praepositus Generalis Societatis Jesu, Beatus nuncupari, & in die ejus obitus Missa celebrari, & Officium de communi Confessorum non Pontificum in Ecclesiis, & Domibus regularibus dictae Societatis recitari possit.

Quamplura de hac Societate vide in Constitutione XXXI. Pauli III. Regimini Tom. IV. Par. I. fol. 85. & Const. XXXVI. Pauli V. In Sede, Tom. V. Par. IV. fol. 390.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Referuntur Urbani Literae.

Aliis a Nobis emanarunt literae tenoris subsequens videlicet: Urbanus Papa VIII. Ad perpetuam rei memoriam. In Sede Principis Apostolorum, nullo meritum nostrorum suffragio, a Domino constituti, piis fidelium votis, quibus virtutum largitor in servis suis honorificatur, libenter annuimus, & eaque favoribus prosequimur opportunis.

Quibus V. S. D. Franciscus Borgia inter Beatos fuerat adscriptus.

§.1. Cum itaque, sicut dilectus filius noster Gaspar tituli S. Crucis in Hierusalem Presb. Card. Borgia nuncupatus Nobis nuper exposuit, Venerabiles Fratres Nostri S. R. E. Card. Sacris Ritibus praepositi causam Servi Dei Fr. Borgiae olim Ducis Gandiae, ac postea Religiosi professi, & tertii Praepositi Generalis Soc. Jesu a tribus Rotae Auditoribus, instante cla. me. Philippo III. Hispaniarum Rege Catholico, necnon Regnorum ejusdem Philippi Regis Proceribus, Civitatibus, Universitatibus, ac demum Praeposito Generali ejusdem Societatis; & deinde de mandato nostro ab eisdem Cardin. referente dilecto filio Francisco S. Angeli in Foro Piscium Diac. Card. Boncompagno nuncupato discussam, cum de validitate Processum, de sanctitate vitae, ac denique de miraculis sufficienter constare pronuntiasent, in tali statu censuerint in habendam, ut ad solemnem ipsius Servi Dei Canonizationem quodcumque deveniri possit.

§.2. Gaspar vero Card. ac Praepositus, & Presb. dictae Societatis pro eo, quem erga eundem Dei Servum Franciscum Borgiam gerunt devotionis affectum, illum Beatum

nuncupari, ac Officium, & Missam de eo, donec ad illius Canonizationem deveniatur, recitari summopere desiderent.

§.3. Nos piis Gaspari Card., ac Praepositi Generalis, & Presbyterorum praedictorum votis, quantum cum Domino possumus annuere, illosque specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, ac singulares Praepositi, & Presbyterorum praedictorum personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existunt ad effectum praesentium dumtaxat consequentium, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati; De eorumdem Cardinalium sacris Ritibus Praepositorum consilio, ut idem Dei Servus Franciscus Borgia Beatus nuncupari, deque eo ab omnibus dictae Societatis Jesu Religiosis ubique existentibus, necnon in ditionibus Familiae illorum de Borgia, ab omnibus Sacerdotibus, tam secularibus, quam regularibus Kal. Octobris, ipso nempe die sui obitus, Missa celebrari, ac Officium de Communi Confessorum non Pontificum recitari juxta rubricas Missalis, & Breviarii Rom. respective, libere, & licite valeant, apostolica auctoritate tenore praesentium perpetuo concedimus, & indulgemus.

§.4. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.5. Volumus autem, ut praesentium transumptis, etiam impressis, Secretarii ipsius Societatis, vel Notarii publici manu subscriptis, & persona alicujus in dignitate ecclesiastica constituta sigillo munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra illud ubique locorum adhibeatur, quae praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

Dat. Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 23. Novembris 1624. Pontificatus nostri Anno II.

§.6. Nunc autem eosdem Gasparem Cardinalem, ac Praepositum, & Presbyteros amplioribus favoribus, & gratis prosequi volentes, & singulares Praepositi, & Clericorum praedictorum personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis, a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existunt ad effectum praesentium dumtaxat consequentium, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus illorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de eorumdem Fratrum consilio, concessionem, & indultum, desuperque confectas literas huiusmodi, ad quoscumque Sacerdotes seculares, seu cujusvis Ordinis, Congregationis, seu Instituti regulares, ad Ecclesias, seu Domos regulares dictae Societatis Jesu accedentes, itaut Sacerdotes huiusmodi in dictis Ecclesiis, seu domibus dum-

Concessumque ut Missa de eo celebrati, Officiumque recitari possit a Sacerdotibus Societatis Jesu.

Idem Indultum ad omnes Presbyteros Missam in Societatis Jesu Ecclesiis celebrantes extenditur.

hibet, & pro expresse prohibitis haberi vult, & mandat. Contrariis quibuscumque non obstantibus &c.

Jo. Antonius Thomafius S. Romanæ, & Universalis Inquisitionis Not.

Anno millesimo sexcentesimo vigesimo quinto, Indictione octava, Pontificatus (Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Urbani divina providentia Papa VIII. anno ejus tertio, die vero 3. mensis Octobris, Supradictæ Literæ Apostolicæ, sive Decretum asfixum, & publicatum fuit in acie Campi Floræ, & aliis locis solitis Urbis, per me Brandimartem Latinum prælibati SS. D. N. Papæ, & Sacr. Rom. Inquisitionis Curæ.

CXLIX.

Beatificatio Servi Dei Felicis de Cantalicio Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci Cappuccinorum. Ac Indultum, quod de eo Missa celebrari, ac Officium recitari possit a Fratribus dicti Ordinis in Nancei, Romaricomontis, & Cantalicii Oppidis existentibus, & Romæ ab omnibus ad Ecclesiam ipsius Ordinis, ubi Corpus ejusdem requiescit, confluentibus.

Hoc Indultum ad omnes Fratres dicti Ordinis ubique existentes extendit postea hic idem Pont. ut in Const. seq. & deinde ad omnes Sacerdotes confluentes ad Ecclesias hujus Ordinis extendit, ut inf. Const. Aliàs nomine.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

In specula militantis Ecclesiæ, & apostolicæ potestatis plenitudine, nullis licet nostris suffragantibus meritis, divina providentia constituti, piis fidelium votis, quibus virtutum Dominus in servis suis honorificatur, libenter annuimus, eaque favoribus prosequimur opportunis.

Petitione.

§.1. Sane pro parte dilectorum filiorum nobilium virorum Maximiliani Bavariæ Sacri Rom. Imperii Principis Electoris, ac Caroli Lotharingiæ Ducum respective, necnon Francisci à Lotharingia Comitis Vademontani, dilectarumque in Christo filiarum nobilis Mulieris Elisabethæ Bavariæ Ducissæ, & Catharinæ etiam a Lotharingia Monasterii Sedi Apost. immediate subiecti Sancti Petri de Romaricomonte Ordinis Sancti Benedicti Nullius seu Tullen. Diocæs. Abbatissæ, necnon etiam Ministri Generalis, & Fratrum Ordinis Minorum Sancti Francisci Cappuccinorum nuncupatorum Nobis nuper expositum fuit, quod bon. mem. Felix de Cantalicio ejusdem Ordinis, dum vixit, professor, multis, & eximiis virtutum, gratiarum, & miraculorum donis a Domino illustratus fuit. Quapropter Maximilianus, & Carolus Duces, ac Franciscus Comes, necnon Elisabetha Ducissa, & Catharina Abba-

tissa, ac Minister, & Fratres prædicti Nobis humiliter supplicari fecerunt, ut donec Canonizationis honor dicto Felici de Cantalicio ob ejus eximiam charitatem, & excellentiam merita, divina aspirante gratia, ab Apost. Sede decernatur, idem Felix de Cantalicio Beatus nuncupari, atque Officium, & Missa de eo, ut infra, recitari, & celebrari possit.

§.2. Quare Nos, re prius per Ven. Fratres nostros S.R.E.C. sacris Ritibus præpositos, quibus eam examinandam demandavimus, mature discussa, de eorumdem Cardinalium consilio, hujusmodi supplicationibus inclinati; Ut ipse bo. me. Felix de Cantalicio Beatus nuncupari, Officiumque, & Missa de eo tanquam de communi Confessoris non Pontificis, juxta rubricas Missalis, & Breviarii Romani, hoc anno videlicet post præsentem Literas emanatas, ab omnibus dicti Ordinis Fratribus ubique existentibus; hic autem Romæ etiam a confluentibus ad Ecclesias eorumdem Fratrum die eorum Superioribus bene visa; in posterum vero die dumtaxat sui obitus in Nancei, ac prædicto Romaricomontis, necnon Cantalicii Oppidis ab ejusdem Fratribus tantum; Romæ vero, ubi Corpus ejusdem requiescit, etiam ad Ecclesiam dictorum Fratrum confluentibus recitari, & celebrari respective libere, & licite possit, & valeat, apostolica auctoritate, tenore præsentium, licentiam, & facultatem concedimus, & impartimur.

§.3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

§.4. Volumus autem, ut præsentium transumptis, etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ eidem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majoris sub Annulo Piscatoris die 1. Octobris 1625. Pontificatus nostri Anno III.

Sequitur extensio hujus Indulti ad omnes Fratres d. Ordinis ubique existentes.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Nuper nomine dilectorum filiorum, nobilium virorum Maximiliani Bavariæ Sacri Romani Imperii Principis Electoris, ac Caroli Lotharingiæ Ducum respective, necnon Francisci a Lotharingia Comitis Vademontani, dilectarumque in Christo filiarum nobilis mulieris Elisabethæ Bavariæ Ducissæ, & Catharinæ etiam a Lotharingia Monasterii Sedi Apost. immediate subiecti S. Petri de Romaricomonte Ordinis S. Benedicti Nullius seu Tullen. Diocæs. Abbatissæ, necnon etiam Ministri Generalis, & Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci Cappuccinorum, nuncupatorum Nobis exposito quod

Indultum, de quo in Rubr.

Obstantium derogatio.

Fides danda transumptis

Dat. die 1. Octobr. 1625. An. III.

Recensetur præcedens Indultum.

quod bon. mem. Felix de Cantalicio ejusdem Ordinis, dum vixit, professor, multis, & eximiis virtutum, gratiarum, & miraculorum donis a Domino illustratus fuerat, eaque propter Maximilianus, & Carolus Duces, ac Franciscus Comes, necnon Elisabetha Ducissa, & Catharina Abbatissa, ac Minister, & Fratres prædicti Nobis humiliter supplicari fecerant, ut donec Canonizationis honor dicto Felici de Cantalicio ob ejus eximiam charitatem, & excellentiam merita, divina aspirante gratia ab Apost. Sede decerneretur; Idem Felix de Cantalicio Beatus nuncupari, Officiumque, & Missa de eo recitari, & celebrari possit. Nos hujusmodi supplicationibus tunc inclinati, de Ven. Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium sacris Ritibus præpositorum consilio; Ut ipse bo. mem. Felix de Cantalicio Beatus nuncupari Officiumque, & Missa de eo tanquam de communi Confessoris non Pontificis juxta Rubricas Missalis, & Breviarii Romani eo anno ab omnibus dicti Ordinis Fratribus ubique existentibus, hic autem Romæ etiam a Sacerdotibus ad Ecclesias, eorumdem Fratrum confluentibus eorum Superioribus bene visa, in posterum vero die dumtaxat sui obitus, in Ecclesiis Fratrum prædictorum videlicet in Nancei, ac prædicto Romaricomontis, necnon Cantalicii Oppidis ab eisdem Fratribus tantum, Romæ vero ubi Corpus requiescit, etiam a Sacerdotibus ad Ecclesias dictorum Fratrum confluentibus recitari, & celebrari respective libere, & licite possit, & valeret, licentiam, & facultatem apost. auctoritate concessimus, & impartiti sumus prout in Nostris desuper in simili forma Brevis expeditis literis, quarum tenore præsentibus pro expressis haberi volumus, plenius continetur.

Extensio, de qua in Rubrica.

§.1. Nunc autem dilecti filii Procuratoris generalis dicti Ordinis, ac Ministri Generalis, Fratrum prædictorum nomine Nobis humiliter porrectis supplicationibus inclinati, de prædictorum Cardinalium consilio, ut a Fratribus ejusdem Ordinis universis, & singulis ubique existentibus, Romæ autem dumtaxat ab eis, & a Sacerdotibus ad Ecclesiam ubi ejusdem B. Felicis corpus requiescit Officium, & Missa de eo tanquam de communi Confessoris non Pontificis juxta Rubricas Missalis, & Breviarii Romani recitari, & celebrari respective libere similiter, & licite possit, & valeat, licentiam, & facultatem, dicta auctoritate, tempore præsentium concedimus pariter, & impartimur.

Contraria tolluntur.

Fides transumptis additur.

§.2. Non obstantibus omnibus illis, quæ in dictis Literis volumus non obtinere, cæterisque contrariis quibuscumque.

§.3. Volumus autem, ut præsentium, transumptis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus ubique fides adhibeatur, quæ adhiberetur præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub Annulo Rom. Tom. V. Par. V.

nulo Piscatoris die 9. Aprilis 1626. Pontificatus nostri Anno III.

Dat. die 9. Aprilis 1626. An. III.

C L.

Abrogatio omnium Indulorum, gratiarum, seu declarationum, quæ observantia Regule S. Francisci quomodolibet contrarie sunt. Ac approbatio Statutorum editorum in Capitulo Generali Romæ die 17. Maii 1625. celebrato. Necnon confirmatio Statutorum Barchinonensium pro Ultramontana Familia, novissime Segobitiæ recognitorum, & approbatorum.

Hæc Statuta sunt inserta, & alia Ordinationes à Generali Ordinis Congreg. de Regula Observantia facta, necnon Decreta à Congr. Episcoporum, & Regularium præposita emanata, hic sequuntur. Et hæc Regulam olim ab ipso S. Franc. editam, confirmatam habes ab Honor. III. Const. LXVII. Solet Tom. III. fol. 229., & postea declarata fuit à Nicol. III. in cap. Exiit, de verb. signif. in 6. necnon à Clem. V. in Clem. I. eod. tit. De istis autem Fratribus de Observantia vide Const. XXVI. Leon. X. lte, & vos Tom. III. Par. III. fol. 450. Quibus addo quod Paul. V. eisdem ambitum omnino prohibuit, ut in Const. CCXCVIII. Admonemur Tom. V. Par. IV. fol. 271., & Greg. XV. deinde revocavit quascumque Præcedentias, & Paternitates præter Ordinis constitutiones auctoritate apost. confirmatas concessas, ut in Const. XLIX. Pastoralis. Tom. V. Par. IV. fol. 419.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Sacrofanctum apostolatus ministerium, humilitati nostræ, nullo licet merito suffragio, divina dispositione commissum postulat, ut inter gravissimas, multiplicisque apostolicæ sollicitudinis curas, illam peculiari studio amplectamur, per quam personæ sub suavi religionis jago Salvatoris, & Domini nostri obsequiis famulantes felicioribus in dies proficiant incrementis.

§.1. Cum itaque, sicut accepimus, dilecti filii Fratres Ord. Minorum S. Francisci de Observantia, assiduis Verbi Dei prædicationibus, continuæque Sacramentorum Ecclesiasticorum administratione, necnon aliis spiritualibus exercitiis, uberes in vinea Domini fructus jugiter afferre noscantur; Nos ut Fratres prædicti in tam laudabilem operum exercitio eo alacrius perseverent, quo amplioribus fuerint ab hac Sancta Sede favoribus muniti, providere, necnon felici illorum statui, quantum nobis ex alto conceditur, consulere volentes, necnon Statutis, & per eos in Capitulo generali proxime præterito decretis inhærentes, ac supplicationibus etiam dilecti filii Bernardini de Senis, ejusdem Ordinis Ministri

Exordium.

Prohibet, quominus Fratres alio pedum operimento præter Caspodiæ, & Sandalium utantur.

nitri generalis Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati: Quod de cetero perpetuis futuris temporibus omnes, & singuli ejusdem Ordinis professores juxta dicti Ordinis regulam, nec non declarationes a re: mem. Nicolao III., & Clemente V. Romanis Pontificibus predecessibus nostris de super emanatas calepodis, seu sandaliis apertis dumtaxat incedere teneantur, neque alio pedum operimento panneo, seu alterius cujuscumque materiae existat, absque expressa licentia, uti possint.

Aliaque vestes praeter duas tunicas.

§.2. Quodque integrum eorumdem professorum vestimentum duobus tantum tunicis consistet, & costare debeat: Una scilicet cum caputio, & alia sine caputio, ut eadem regula praescribit, neque ejusdem Ordinis professores tertia tunica, seu camisia staminea, aut interula, seu sudarius, vel alia quacumque re contra ejusdem regulae tenorem, etiam in vim concessionis felic. rec. Julii Papae II. etiam predecessoris nostri, sive alio quovis praetextu, & ex quacumque causa ullo modo uti valeant, apost. auctoritate tenore praesentium perpetuo statuimus; atque declaramus.

Derogatio quorumq; Indultorum.

§.3. Praedictamque Julii predecessoris, & quascumque alias concessionem, seu indulta, tam per Literas Apost. etiam Motu proprio, quam viva voce oraculo, & aliis quomodolibet concessa eidem regulae quomodolibet contraria abrogamus.

Clausula.

§.4. Decernentes praesentes Literas semper, & perpetuo validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ab omnibusque dicti Ordinis Fratribus inviolabiliter observari.

§.5. Sicque, & non aliter per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apost. Auditores, ubique judicari, & definiti debere: ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio Contractorum.

§.6. Non obstant. praedicta Julii predecessoris, ac quibusvis aliis concessionibus, sive indultis hujusmodi, nec non Constitutionibus, & Ordinationibus Apostol., ceterisque contrariis quibuscumque.

Dat. die 1. Octob. 1625. An.III.

Dat. Romae apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 1. Octobris 1625. Pontificatus nostri anno tertio.

Sequitur approbatio Statutorum editorum in Capitulo generali Romae celebrato die 17. Maii 1625.

Hujusmodi Statuta sunt inserta in ista Constitutione, ut videre poteris, & quia multum interest, & sunt generalia, ea posui ad verbum.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

IN supremo Apostolatus solio, meritis licet imparibus, divina dispensatione, presidentes, ex incumbenti Nobis pastoralis officii debito religiosorum Ordinum in Ecclesia Dei militantium prosperum statum, felicemque directionem sinceris desiderantibus affectibus, iis, quae propterea pie, & provide praesertim in eorum capitulis generalibus facta fuisse comperimus; ut firma perpetuo, & illibata remaneant, libenter cum a Nobis petitur, Apost. muniminis adjicimus firmitatem, prout conspiciemus in Domino salubriter expedire.

lis officii debito religiosorum Ordinum in Ecclesia Dei militantium prosperum statum, felicemque directionem sinceris desiderantibus affectibus, iis, quae propterea pie, & provide praesertim in eorum capitulis generalibus facta fuisse comperimus; ut firma perpetuo, & illibata remaneant, libenter cum a Nobis petitur, Apost. muniminis adjicimus firmitatem, prout conspiciemus in Domino salubriter expedire.

Procurator Gen. petit statuta confirmari.

§.1. Cum itaque, sicut dilectus filius Procurator generalis Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum Nobis nuper exponi fecit, in Capitulo generali ejusdem Ordinis in domo B. Mariae de Araceli nuncupate de Urbe praedicti Ordinis ultimo loco celebrato, pro felici Fratrum ipsius Ordinis utriusque familiae gubernio, & directione nonnulla Statuta edita fuerint, tenoris subsequents, videlicet.

Statuta pro utraque Familia.

Pro publicis totam Provinciam concernentibus negotiis, accedente etiam Definitorii consensu, Fratribus suis ad Curiam Romanam eundi facultatem Provinciales Ministri concedere possint: privatis autem auctoritatem hanc sibi non veniant esse negatam. Qui secus fecerit, poenis a sanctae memoriae Clemente VIII. positae subiaceat.

Qua licentia possint Fratres Romanam venire.

Oblati omnes, Donati, Tertiarii, ad Conventum familiam assumpti, Caparoneum seu Caputium ferre deinceps non presumant, sed ut ab omnibus dignoscantur Fratres non esse, calcatis incedant pedibus: habitum genua non excedentem, & galerium, seu biretum in capite portent.

De Habitu Oblatorum & Tertiariorum.

Statutum generale, quo decernitur, Capitulum intermedium, seu Congregationem habere plenam auctoritatem non continuandi Guardianos, sed prioribus amoris, alios instituendi etiam nulla interveniente causa, innovatur, & roboratur: Ideo Guardiani omnes requintationem suorum officiorum spontaneam, & ex animo, in scriptis mittere teneantur.

De auctoritate Congregationis Guardianos.

Provincia Anglicana, quae ob persecutiones Haereticorum defecerat, pristino suo honori, & loco restituitur: ita tamen ut quia pauci adhuc in ea sunt Conventus, & Fratres, donec augeatur numerus, separatae Custodiae nomen retineat, cujus Custos generali Capitulo intersit, habeatque votum in eo.

De Provincia Anglicana.

Utraque familia pro acceptis beneficiis, & munificentissima liberalitate Excellentissimi Domini Marchionis de Canette, cum Benefactorem agnoscat, sicut jam antea in Congregatione Segoviensi proxime praeterita communi omnium suffragio sancitum fuerat.

Marchio de Canette Benefactor agnoscentis.

Provinciarum Tertii Ordinis, quae nunc temporis in Hispania, & Gallia erectae sunt, Ministri Comitibus generalibus deinceps interesse, & in electionibus Ministrum, & Commissarii generalis respective votum activum habere poterunt. Fratres enim nostri

Provinciae Tertii Ordinis jus habent suffragii.

nostris sunt. Provincia S. Didaci in Betica recipitur, & catalogo Provinciarum Ordinis adscribitur, & antiquitatis suae locum a sua erectionis die, qui 20. mensis Decembris anno 1620. fuit, in posterum obtinebit.

Provinciae Beticae locus.

Provincia Saxonica restituta.

Provincia Saxoniae S. Crucis antiquo suo Juri, & ordini restituitur, ad eamque non solum Abastudensis Conventus, aliique qui antiquitus ejus erant, sed etiam Heldeffimensis, Bibeldensis, & Fuldensis, qui haecenus Ministro Colonienfii paruerunt: Item Conventus Egar, & Monialium ejusdem loci, qui ad tempus Argentinensium Provinciae subditi fuerant, deinceps, & imperpetuum pertinebunt.

Pro Cismontana Familia.

Quaeritur Missarum suscipiendi ad formam Decretorum Congr. Concilii.

UT conscientis Fratrum circa Missarum celebrationem efficaci remedio provideatur, strictissime Patribus Guardianis, & quibuscumque aliis Conventuum Superioribus praecipitur, ut in oneribus Missarum suscipiendis omnino observent formam praescriptam in decretis a Sacra Congregatione Concilii Sanctissimi Domini nostri auctoritate nuper editis de celebratione Missarum.

Quae praescripta servanda sunt inter Observantes, & reformatos circa eleemosynas.

Ne pax mutua detrimentum patiat: Noverint Patres Reformati sibi interdictionem divini Verbi praedicationem; necnon eleemosynarum petitionem intra limites Conventuum Fratrum Observantium de familia, nisi prius Ministri Provincialis in scriptis obtenta facultate: Cui interdictioni reciproce Fratres regularis Observantiae subjacebunt, nisi Patris Custodis Reformatorum voluntas accesserit, atque consensus.

In obedientialibus dies discessus, & reditus adnotandus.

Pro evitandis Fratrum evagationibus, ordinatur, & praecipitur, ut quotiescumque eorum aliquis a suo Superiore extra Provinciam, vel etiam Conventum intra Provinciam exeundi facultatem impetaverit, in illius obedientiae dies determinati assignentur suae peregrinationis, siquae redditus; nec possit accingere se itineri, & obtenta facultate gaudere, nisi obedientiales literae prius registratae, & a Patre Ministro, sive Guardiano subscriptae fuerint: In quibus dies discessus adnotetur.

Apollatae non retinendi.

Apostatae nec recipiantur, nec retineantur in alienis Provinciis, ad quas quomodocumque cofugerint: sed ubi primum fuerint absoluti juxta consuetudinem, & Ordinis Constitutiones, ad proprias remittantur sub poena privationis Officiorum Provincialis, sive Guardiani, aut cujuscumque alterius Superioris ipso facto in currenda.

In unaquaque Provincia Cathedrae Philosophiae, & Theologiae institueunda.

Cum Ordo noster Seraphicus ad totius Ecclesiae obsequium sit institutus, toto conatu innitendum est, ut non solum in eo scientia non pereat, sed in dies augeatur. Ideo decernitur, atque statuitur, ut in qualibet Provincia, ubi haecenus desiderantur, & non sunt Philosophiae, & Theologiae studia erigantur, & instituantur: quibus ex eadem Provincia Patres Lectores ex

doctioribus praeficiantur: caveaturque ne deinceps in alienas Provincias Studentes mittantur, aut Praedicatores, nisi in casu aliquo urgente, de quo tam Minister generalis, quam Commissarius Judex esto. Hac lege Provinciae Ultramarinae non tenentur, qua Studentium, & Lectorum penuriam patiuntur.

De transcuribus ab una ad aliam Provinciam.

Transitus ab una ad aliam Provinciam plurimorum est causa malorum, quibus privatum fore judicamus, si quod nunc statuitur, in posterum observetur: Ut scilicet, qui sua sponte, licet obtenta prius licentia, ad alienam Provinciam transferunt Fratres, tam incorporati, quam incorporandi, in ea locum, ordinem, & praecedentiam a die tantum incorporationis suae, non autem a die receptionis habitus, vel emissae professionis teneant, & habeant.

De Privilegiis pater Ordinis Statuta concessit.

Ad tollendam ambitionem, & eliminandam relaxationem decernitur, ut juxta Gregorii XV. Breve nullus aliquo gaudeat privilegio ex quacumque causa, quod per leges, & Ordinis Statuta a Sede Apostolica confirmata, concessum non fuerit.

Communitate erigenda ad subministrandum Fratribus necessaria.

Sicut Statutum de erigendis Communitatibus in unoquoque Conventu ad majorem paupertatis observantiam, & Fratrum consolationem innovatur; ita Guardianis sub poena suorum officiorum privationis praecipitur, ut infra duorum mensium a suo ingressu spatium, Communitates erigant, in quibus, quae necessaria sunt Fratribus, afferantur, suo tempore illis distribuenda, & subministranda; hujusmodi autem Communitates de eleemosynis Conventuum, & superfluis Fratrum erigantur: quibus unicum habere habitum, & tunicam unam conceditur: alteram vero tunicam, non nisi ex necessitate, & Superioris condescensione, & licentia.

Quid de vineis, & pratis sit faciendum.

Omnibus, & singulis Patribus Guardianis sub poena privationis officii praecipitur, ut si in suis Conventibus Vineae, seu Prata fuerint, ex quibus vinum ad bibendum, & fenum ad vendendum colligitur, antequam a suo ingressu duo menses compleantur, omni posthabita excusatione, tollant, & aliis usibus permissis terram applicant.

De visitandis Fratrum cellis.

Iterato statuitur, ut Guardiani sub poena suspensionis a suis officiis cellas Fratrum singulis mensibus visitent, indeque auferant quicquid perfecta, & Franciscanae repugnant paupertati.

De insultantibus Superioribus.

Renovatur Statutum contra illos Fratres, qui suis Superioribus insultant, verba injuriosa, & contumeliosa in eos profertur; in recognoscendis culpis sine licentia loquuntur: protestationes in scriptis afferre ausu temerario praesumunt.

Statuta pro Cismontana familia colligenda.

Sicut in Congregatione Segoviensi proximè praeterita in unum collecta fuere Statuta, quae in Ultramontana familia in posterum observari debeant; ita in hac Cismontana fiat: hujusmodi autem collectio duobus Patribus doctrina, & pietate polentibus a Cismontano Definitorio eligendis committatur.

1625.
De Clavi communi.

In Provinciis unum semper Definitorem ex recollectis esse debet.

A qua distantia Definitores si vocandus pro actum validitate.

Mortuo Definitore quis sit subrogandus.

De Bibliothecis comparatis.

Domus recollecte qualiter in Provincia assignanda.

Servetur Apostolica Constitutio, qua Ministro Provinciali in sua Provincia, & Guardiano in suo Conventu precipitur, ut eorum quilibet clavem communem, qua Magistra vocatur, apud se habeat, & custodiat; qua suorum subditorum cellas ad libitum saltem cum duobus Discretis Conventus aperire, ingredi, & visitare possit.

Pro Hispanis.

SI contingat, Patrem Definitorem Recollectum ad meliorem transire vitam, soluto mortis tributo, ejus locum, munus, & officium, antiquior ejusdem Recollectionis Definitore obtineat; quod si nullus Definitoris officio functus superstes invenitur, qui erit Guardianus antiquior, aut secundum tabulae ordinem dignior extiterit, defuncto Definitore substituitur: itaut sine Definitore Recollecto nunquam Definitorium congregetur.

Ad electionem non vocetur Definitore extra Nationem existens; si vero intra Nationem, extra Provinciam tamen, fuerit, dummodo non plus, quam per duas, aut tres dietas distare dignoscatur, vocandus erit, alioquin omnes Definitorii actiones nullius sit valoris, & auctoritatis.

Mortuo aliquo Definitore, antiquior Provinciae pater defuncti locum accipiat; quod si nullus talis extiterit, antiquior in Definitoris officio subrogetur. Idem aliis in Nationibus observandum erit.

Ne Bibliotheca, Lectores, Praedicatorum, & Confessores libris necessariis careant, singulis Provincialibus Ministris conceditur, ut quilibet in sua Provincia elemosynas procuret pro Missis diebus Dominicis celebrandis ad praescriptum eorundem Decretorum Sacrae Congregationis Concilii de celebratione Missarum; dummodo ducentorum ducatorum quantitas valorem non excedat quolibet anno. Hujusmodi autem elemosynis emantur libri, & pro uniuscujusque necessitate, judicio Ministris, distribuuntur; quod ut sine dolo, & fraude fiat, Visitator solerter inquireat, specialem rationem in singulis Conventibus exigat, & in Capitulo Provinciali, an libri juxta quantitatem assignatam procurati, & distributi fuerint, vel non, publice, & in conscientia declaret. Quae supererunt die Dominico Missae supra numerum, ex Statutorum nostrorum praescripto benefactoribus in communi applicentur.

Pro Gallis.

Quod unanimes in suo Discretorio novem Provinciae Galliarum a Definitore Generali omnino postularunt, eis libenter ad majorem Dei gloriam conceditur: ut videlicet in qualibet dictarum Provinciae tres eligantur, & assignentur Conventus, in quibus Regulae observantia adeo districte servetur, ut Recollectorum, seu Reformatorum vivendi modum Fratres imitentur: Ideo Capitulum Generale, tam Mi-

nistris, quam Visitatoribus in virtute sanctae obedientiae precipitur, ut hoc diligentissime exequantur: ita tamen, ut praedicti Conventus Ministris in omnibus subiciantur, iis casibus exceptis, qui in Statutis pro Reformatis jam factis, declarantur.

Eodem jure, ac privilegio gaudeant Recollectorum Provinciae in Gallia existentes, quo duae aliae ejusdem Nationis familiae, ut videlicet suo ordine, & tempore successivo Definitorem habeant Generalem.

Fausta haec Statuta fieri debuerunt, quia quaecumque alia ad bonum publicum necessaria, in Statutis Segoviensibus auctoritate totius Congregationis ibidem confectis cumulativissime reperientur.

Pro Indis.

Caveant ex Indianis Provinciis Ministri Provinciales, ne ad Capitulum Generale, vel aut ipsi veniant, vel Commissarios suo nomine mittant: solis Custodibus veniendi facultas conceditur.

Indiarum Commissarii Generales ipsimet Provincias omnes visitent: impediti necessitate urgenti ex vicinioribus Provinciis, non autem remotis, Visitatores assumere teneantur.

Nulli liceat Commissario Generali, vel etiam Visitatori ante Ministri Provincialis electionem, neque ea peracta, aliquid voce activa, & passiva privare seu alia graviore afficere poena, nisi confecto processu, & praecedente rei auditione in sui defensionem, Qui secus fecerit, suo privetur officio.

Visitatores peracto Provinciali Capitulo, in Provincia visitata, ultra viginti dies, non remaneant: quibus elapsis, omnino auctoritate careant.

Tam Commissarius Generalis, seu Visitator ab Electoribus subscriptionem petens, hunc, vel illum eligendi, quam ipsi subscribentes, privationi actum legitimum, ipso facto, incurrendae subjaceant.

Electores in Provinciali Capitulo congregati, antequam ad electionem Ministris, Definitorum, Custodum, & Guardianorum procedant, nominatim juramentum praestent coram Vener. Crucifixi imagine, se eum electuros, quem in conscientia, & omnibus aequa lance libris, digniorem judicabunt, ita jubente Clemente VIII. sanctione a SS.D.N. Urbano VIII. renovata.

Pro Belgis.

Permittit Capitulum Generale Provinciae Belgicis, & annexis, in iis tantum, qua Sacris Canonibus, Tridentini Concilii decretis, & Constitutionibus Apostolicis non adversantur, juxta Statuta Barchinensia nuper Segoviae recognita, & auctoritate Reverendiss. Patris Ministris Generalis eisdem accomodata, deinceps vivere, sua Statuta Provincialia servare, reformationis modos a Visitatoribus Apostolicis introductos retinere; itaut neque praesentes, neque

Quo ordine suum habere debeat Definitorem.

Soli Custodes ad Cap. Gen. accedere debent.

A quibus sint visitandae Provinciae.

Ordo in Punitivis rebus servandus.

Quoto tempore Visitatores in visitata Provincia possint commorari.

Juramentum ab Electoribus praestandum.

De Statutis quoad Provincias Belgicas.

De Commissario Nationali.

Ejusque auctoritate.

De precedencia Procuratoris & Commissarii Romae Curiae.

Praedicta Statuta confirmat Pontifex.

Clausulae.

Derogatio concenterium.

Dat. die 20. Nov. 1625. An. III.

neque futurae constitutiones aliae praedictarum Provinciarum Patres, ac Fratres illo modo obligent: nisi ex parte illa, qua dictis Statutis conformes erunt, vel primo in Capitulo Provinciali, seu Congregatione lecta, & promulgata fuerint.

Commissarius Nationalis in dictis Provinciis nemo esse, aut institui possit, nisi qui antea, aut Definitore, aut jubiliatus Lector, aut majori officio functus fuerit & per se ipsum Provincias visitare valeat. Dispensatio in Statutis Provincialibus sine Definitorii assensu omnino ei interdicitur; sicut & causarum commissio in instantia prima, quae penes Praelatos ordinarios esse, & remanere debet.

Receptionem Novitiorum, necnon Fratrum incorporationem non esse sui juris, noverit. Capitulis Provincialibus ipsemet praesideat.

Instante Definitorio totius Capituli Generalis statuimus ad evitanda dubia, ut Procuratores, & Commissarii Romae Curiae suo officio functi (etiam si Ministri Provinciales alias non fuerint) intra suam Provinciam, & extra, omnes alios praecedant: licet Ministri Provinciales, aut Definitores Generales extiterint.

Nos inviolabilis Statutorum hujusmodi observationi, perpetuaeque firmitati, quantum Nobis ex alto conceditur, opportune providere, ipsumque Procuratorem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejusdem Procuratoris totius Ordinis hujusmodi nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati; Statuta praeserta hujusmodi apostolica auctoritate, tenore praesentium, perpetuo approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis apostolica firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos tam juris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplementis.

Decernentes, eadem Statuta in praedicto Ordine ab omnibus, ad quos spectat, & pro tempore quomodolibet spectabit in futurum, inviolabiliter perpetuo observari, & adimpleri debere, irritumque, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis. Statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris die 20. Novembris 1625. Pontificatus Nostri Anno III.

Sequitur Confirmatio Statutorum Barchinensium pro Ultramontana familia, novissime Segoviae recognitorum, & approbatorum, dummodo Sacris Canonibus, Concilio Tridentino, constitutionibus Apostolicis, ac Regularibus ipsius Ordinis institutis non adversentur.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam

INJuncti Nobis apostolici muneris ratio postulat, ut Religiosorum Ordinum in Ecclesia Dei militantium prospero statui, felicique directioni invigilantes his, quae propterea provide facta fuisse dicuntur, ut firma perpetuo, & illibata persistant, libenter, cum a Nobis petitur, apostolica nostra confirmationis munimine robaremus, prout conspiciamus in Domino salubriter expedire.

Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Procurator Generalis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupat. quod in Congregatione Generali ipsius Ordinis in illius domo regulari Segoviensi novissime celebrata Statuta Generalia pro Fratribus ejusdem Ordinis Ultramontanae familiae alias in civitate Barchinensi edita recognita, & approbata fuerunt.

Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, Procurator praedictus plurimum cupiat, Statuta hujusmodi pro firmitate illorum validitate, & substantia apostolicae nostrae confirmationis patrocinio communiti; Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut desuper opportune providere de benignitate apostolica dignaremur.

Nos igitur Procuratorem praedictum specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, Statuta praedicta, sic, ut praesertur, recognita, & approbata, quatenus tamen licita sint, & honesta, sacrisque Canonibus, & Concilii Tridentini decretis, & Constitutionibus Apostolicis, regularibusque ipsius Ordinis institutis non adversentur, apostolica auctoritate, tenore praesentium, perpetuo approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis apostolicae firmitatis robur adjicimus: ac omnes, & singulos tam juris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplementis.

Decernentes, eadem Statuta, ac praesentes Literas valida, firma, & efficacia existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac a Fratribus familiae praedictae nunc, & pro tempore

Procurium.

In Congregatione Segoviensi Statuta Barchinensia examinantur.

Eaque petitur confirmari.

Confirmat Urbanus.

Clausulae additae.